Epoca III. Sábado, 28 de Septiembre de 1907. Núm. 272

BOLETIN OFICIAL
DEL
OBISPADO DE MENORCA

A NUESTRO EXCMO. PRELADO

El día 12 del próximo mes de Octubre se cumplirá el 5.° aniversario de la Consagración Episcopal de nuestro dignísimo Prelado, el Excmo. y Rvdmo. Sr. D. Juan Torres y Ribas, Obispo de esta diócesis de Menorca. Al recordar tan fausta fecha, creemos interpretar los sentimientos de los fieles menorquines, reiterando sus sentimientos de profundo respeto, alta consideración y entrañable afecto á su Padre y Maestro en la fé, por cuya importante vida ruegan al Señor.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

CIRCULAR

Aproximándose de nuevo el mes de Octubre, consagrado de un modo especial por la Iglesia nuestra Madre á la tierna y popular devoción del Rosario, tan grata á la Santísima Virgen, tan recomendada por los Romanos Pontífices y de tan ópimos frutos de bendición y de gracia para las almas, cúmplenos exhortar á los Rdos. Párrocos, Encargados de Iglesias y á las Comunidades religiosas de esta Diócesis, para que se esfuercen en promover la recitación en el templo de esta importante devoción durante todo el referido mes en la forma y solemnidad acostumbradas.

Y al efecto no podemos dejar de recordarles los interesantes y luminosos documentos de los Sumos Pontífices León XIII y Pio X, encaminados á fomentar la devoción del Santo Rosario, como medio de impetrar del Altísimo los auxilios espirituales que demandan las necesidades de la Iglesia y las tribulaciones de su Jerarca supremo, no menos que las disposiciones dadas en los años precedentes sobre esta materia por nuestro Excmo. Prelado.

Ciudadela 27 de Septiembre de 1907.

LIC. SEBASTIAN VIVES, *Arcediano,*
Gobernador Ecco. S. P.

DECRETUM
DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO
IUSSU ET AUCTORITATE SS. D. N. PII PAPÆ X A S. CONGREGATIENE CONCILII EDITUM

Ne temere inirentur clandestina coniugia, quæ Dei Ecclesia iustissimis de causis semper detestata est atque prohibuit, provide cavit Tridentinum Concilium, *cap. 1, Sess. XXIV de reform.matrim.* edicens: «Qui aliter

«quam præsente parocho vel alio sacerdote de ipsius pa-«rochi seu Ordinarii licentia et duobus vel tribus testibus «matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta Syno-«dus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et «huiusmodi contractus irritos et nullos esse decernit».

Sed cum idem Sacrum Concilium præcepisset, ut tale decretum publicaretur in singulis parœciis, nec vimhaberet nisi iis in locis ubi esset promulgatum; accidit ut plura loca, in quibus publicatio illa facta non fuit, beneficio tridentinæ legis caruerint, hodieque careant, et hæsitationibus atque incommodis veteris disciplinæ adhuc obnoxia maneant.

Verum nec ubi viguit nova lex, sublata est omnis difficultas. Saepe namque gravis exstitit dubitatio in decernenda persona parochi, quo præsente matrimonium sit contrahendum. Statuit quidem canonica disciplina, proprium parochum eum intelligi debere, cuius in parœcia domicilium sit, aut quasi domicilium alterutrius contrahentis. Verum quia nonnunquam difficile est iudicare, certo ne constet de quasi-domicilio, haud pauca matrimonia fuerunt obiecta periculo ne nulla essent: multa quoque, sive inscitia hominum sive fraude; illegitima prorsus atque irrita deprehensa sunt.

Hæc dudum deplorata, eo crebrius accidere nostra ætate videmus, quo facilius ac celerius commeatus cum gentibus, etiam disiunctissimis, perficiuntur. Quamobrem sapientibus viris ac doctissimis visum est expedire ut mutatio aliqua induceretur in iure circa formam celebrandi connubii. Complures etiam sacrorum Antistites omni ex parte terrarum, præsertim e celebrioribus civitatibus, ubi gravior appareret necessitas, supplices ad id preces Apostolicæ Sedi admoverunt.

Flagitatum simul est ab Episcopis, tum Europæ plerisque, tum aliarum regionum, ut incommodis occurreretur, quæ ex sponsalibus, idest mutuis promissionibus futuri matrimonii privatim initis, derivantur. Docuit enim experientia satis, quæ secum pericula ferant eiusmodi sponsalia: primum quidem incitamenta peccandi causamque cur inexpertæ puellæ decipiantur; postea dissidia ac lites inextricabiles.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

His rerum adiuntis permotus SSmus. D. N. Pius PP. X pro ea quam gerit omnium Ecclesiarum sollicitudine, cupiens ad memorata damna et pericula removenda temperatione aliqua uti, commisti S. Congregationi Concilii ut de hac re videret, et quæ opportuna æstimaret, Sibi proponeret.

Voluit etiam votum audire Consilii ad ius canonicum in unum redigendum constituti, nec non Emorum Cardinalium qui pro eodem codice parando speciali commissione delecti sunt: a quibus, quemadmodum et a S. Congregatione Concilii, conventus in eum finem sæpius habiti sunt. Omnium autem sententiis obtentis, SSmus Dominus S. Congregationi mandavit, ut decretum ederet quo leges a Se, ex certa scientia et matura deliberatione probatæ, continerentur, quibus sponsalium et matrimonii disciplina in post-rum regeretur, eorumque celebratio expedita, certa atque ordinata fieret.

In executionem itaque Apostoloci mandati S. Concilii Congregatio præsentibus litteris constituit atque decernit ea quæ sequuntur.

De esponsalibus.

I. — Ea tantum sponsalia habentur valida et canonicos sortiuntur effectus, quæ contracta fuerint per scripturam subsignatam a partibus et vel a parocho, aut a loci Ordinario, vel saltem a duobus testibus.

Quod si utraque vel alterutra pars scribere nesciat, id in ipsa scriptura adnotetur; et alius testis addatur, qui cum parocho, aut loci Ordinario, vel duobus testibus, de quibns supra, scripturam subsignet.

II. — Nomine parochi hic et in sequentibus articulis venit non solum qui legitimo præest parœciæ canonice crectæ; sed in regionibus, ubi parœciæ cononice erectæ non sunt, etiam sacerdos cui in aliquo definito territorio cura animarum legitime commissa est, et parocho æquiparatur; et in missionibus, ubi territoria necdum perfecte divisa sunt, omnis sacerdos a missionis Moderatore ad animarum curam in aliqua statione universaliter deputatus.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De matrimonio.

III. — Ea tantum matrimonia valida sunt, quæ contrahuntur coram parocho vel loci Ordinario vel sacerdote ab alterutro delegato, et duobos saltem testibus, iuxta tamen regulas in sequentibus articulis expressas, et salvis excep-tionibus quae infra n. VII et VIII ponuntur.

IV. — Parochus et loci Ordinarius valide matrimonio adsistunt,

§ 1.° a die tantummodo a leptae possessionis beneficii vel initi officii, nisi publico decreto nominatim fuerint excommunicati vel ab officio suspensi;

§ 2.° intra limites dumtaxat sui territorii: in quo matrimoniis nedum suorum subditorum, sed etiam non subditorum valide adsistunt;

§ 3.° dummodo invitati ac rogati, et neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum.

V. — Licite autem adsistunt,

§ 1.° constito sibi legitime de libero statu contrahentium servatis de iure servandis;

§ 2.° constito insuper de domicilio, vel saltem de menstrua commoratione alterutris contrahentis in loco matrimonii;

§ 3. quod si deficiat, ut parochus et loci Ordinarius licite matrimonio adsint, indigent licentia parochi vel Ordinarii proprii alterutrius contrahentis, nisi gravis intercedat necessitas, quae ab ea excuset.

§ 4.° Quoad *vagos*, extra casum necessitatis parocho ne liceat eorum matrimoniis adsislere, nisi re ad Ordinarium vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam adsistendi impetraverit.

§ 5.° In quolibet autem casu pro regula habeatur, ut matrimonium coram sponsae parocho celebretur, nisi aliqua iusta causa excuset.

VI. — Parochus et loci Ordininarius, licentiam concedere possunt alii sacerdoti determinato ac certo, ut matrimoniis intra limites sui territorii adsistat.

Delegatus autem, ut valide et licite adsistat, servare te-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

netur limites mandati, et regulas pro paracho et loci Ordinraio n. IV et V superius statutas.

VII. — Imminente mortis periculo, ubi parochus, vel loci Ordinarius, vel sacerdos ab alterutro delegatus, haberi nequeat, ad consulendum conscientiae et (si casus ferat) legitimationi prolis, matrimonium contrahi valide ac licite potest coram quolibet sacerdote et duobus testibus.

VIII. — Si contingat ut in aliqua regione parochus locive Ordinarius, aut sacerdos ab eis delegatus, coram quo matrimonium celebrari queat, haberi non possit, eaque rerum conditio a mense iam perseveret, matrimonium valide ac licite iniri potest emisso a sponsis formali consensu coram duobus testibus.

IX. § 1.° Celebrato matrimonio, parochus, vel qui eius vices gerit, statim describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac testium, locum et diem celebrati matrimonii, atque alia, iuxta modum in libris ritualibus vel a propio Ordinario praescriptum; idque licet alius sacerdos vel a se vel ab Ordinario delegatus matrimonio adstiterit.

§ 2.° Praeterea parochus in libro quoque baptizatorum adnotet, coniugem tali die in sua parochia matrimonium contraxisse. Quod si coniux alibi baptizatus fuerit matrimonii parochus notitiam initi contractus ad parochum baptismi sive per se per curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptismi librum referatur.

§ 3.° Quoties matrimonium ad normam n. VII aut VIII contrahitur, sacerdos in priori casu, testes in altero, tenentur in solidum cum contrahentibus curare, ut initum coniugium in praescriptis libris quam primum adnotetur.

X. — Parochi qui heic hactenus praescripta violaverint, ab Ordinariis pro modo et gravitate culpae puniantur. Et insuper si alicuius matrimonio adstiterint contra praescriptum § 2i et 3i num. V, emolumenta *stolæ* sua ne faciant, sed proprio contrahentium parocho remittant.

XI. — § 1.° Statutis superius legibus tenentur omnes in catholica Ecclesia baptizati et ad eam ex haeresi aut schismate conversi (licet sive hi illi ab eadem postea defecerint), quoties inter se sponsalia vel matrimonium ineant.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

§ 2.° Vigent quoque pro iisdem de quibus supra catholicis, si cum acatholicis sive baptizatis sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, sponsalia vel matrimonium contrahunt; nisi pro aliquo particulari loco aut regione aliter a S. Sede sit statutum.

§ 3.° Acatholici sive baptizati sive non baptizati, si inter se contrahunt, nullibi ligantur ad catholicam sponsalium vel matrimonii formam servandam.

Praesens decretum legitime publicatum et promulgatum habeatur per eius transmissionem ad locorum Ordinarios: et quae in eo disposita sunt ubique vim legis habere incipiant a die solemni Paschae Resurrectionis D. N. I. C. proximi anni 1908.

Interin vero omnes locorum Ordinarii curent hoc decretum quamprimum in vulgus edi, et in singulis suarum diœcesum parochialibus ecclesiis explicari, ut ab omnibus rite cognoscatur.

Praesentibus valituris de mandato speciali SSmi. D. N. Pii PP. X, contrariis quibuslibet etiam peculiari mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae d a 2ª mensis Augusti anni 1907.

✠ VINCENTIUS CARD. EP. PRAENEST., *Praefectus.*

C. DE LAI, *Secretarius.*

E. S. CONGREGATIONE CONCILII

Extentio decreti d. 7 Dec. 1906 circa infirmos qui SS. Communionem, etsi non ieiuni, sumere possunt.

Proposito in S. Congregatione dubio: An nómine infirmorum qui a mense decumbunt, et idcirco iuxta Decretum diei 7 Decembris 1906, S. Eucharistiam non ieiuni sumere possunt, intelligantur solummodo infirmi qui in lecto decumbunt, an potius comprehendantur quoque qui, quamvis gravi morbo correpti et ex medici iudicio natura-

le ieiunium servare non valentes, nihilominus in lecto decumbere non possunt, aut ex eo aliquibus horis diei surgere queunt.

Eadem S. Congregatio die 6 Martii 1907 respondendum censuit: *Comprehendi, facto verbo cum SSmo. ad cautelam.*

Die vero 25 Martii currentis anni SSmus. Dnus. Noster Pius PP. X, audita relatione infrascripti Secretarii S. C. Concilii, resolutionem eiusdem S. C. ratam habere et confirmare benigne dignatus est et publicariemandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

VINCENTIUS CARD. EPISC. PRAEN., *Praefectus.*

L. ✠ S.

C. DE LAI., *Secretarius.*

COLLATIO DOGMATICA-MORALIS ET LITURGICA

PRO MENSE OCTOBRIS ANNI 1907

Quæstio Theologica

Quid sit satisfactio?—An remisso peccato quoa l culpam, remittatur etiam semper tota pœna temporalis?—Objectu n pænalis satisfacctionis in penitentiæ sacramentum?

CASUS CONSCIENTIÆ

Quidam Seminarii alumnus, proxime ordinandus, copiosam hæreditatem a testatore sibi ignoto accepit. Rem miratus, mysteriosi testamenti explicationem a matre sua expetivit, quæ sub maximo secreto testatorem patrem suum esse adulterium ei aperuit. Anxius admodum seminarista consilium á vivo prudente quœsivit tam circa hæreditatem, quam circa ordines suscipiendos. ¿Quit huic alumno sit respondendum?

QUÆSTIO LITURGICA.

1.° Quomodo et quibus cæremoniis legi debet *Offertorium?*

2.° Quomodo discoperiendus est calix?

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

3.° Quid observandum est ad Hostiam offerendam?

4.° Quæ cæremoniæ servari debent dum dicitur: *Deus qui humanæ substantiæ?*

5.° Quæ dum calix offertur?

CRÓNICA DE LA DIÓCESIS

Sabemos con singular satisfacción que, g. á D., nuestro Excmo. Prelado, continua sin novedad gozando de buena salud, en la isla de Ibiza, su pais natal. La circunstancia de haber ido estos días á dicha isla, el Excmo. Sr. Obispo de Sión, preclaro hijo tambien de Ibiza y muy amigo de nuestro Excmo. Prelado, ha hecho demorar á S. E. su viaje de regreso á esta su amada diócesis, que probablemente será dentro el próximo mes.

—

Nuestro Excelentísimo Prelado celebró Órdenes en los días 20 y 21 del corriente, en la Catedral de Ibiza, confiriendo la Tonsura, Menores y el Subdiaconado á tres ordenandos, y el Presbiterado á otros dos, diocesanos de dicha isla. Asistió al acto, llamado por nuestro Excmo. Prelado, el Rdo. Sr. don Juan Barber, Pbro., Maestro de Ceremonias de esta santa iglesia Catedral.

—

El día 24, de la presente semana, en el convento de la Enseñanza de esta ciudad, hizo su profesión religiosa la Hermana Inés Catllá y Font, recibiendo sus votos el Rdo. Sr. don José Roca Pbro., delegado al objeto por el Ilmo. Sr. Gobernador Ecco. El M. I. Sr. Dr. D. Sebastián Juan Sampól, Canónigo, predicó un hermoso sermón alusivo al acto. Apadrinaron á la nueva Profesa, el Srto. D. Juan Oléo Salord, y la Srta. D.ª Angela Salord Oléo.

—

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

El Consejo Diocesano de la Adoración Nocturna ha acordado con el beneplácito de nuestro Ecxmo. Prelado, que la Sección de Adoradores y Adoradoras de Mahón, practiquen Ejercicios espirituales, durante los días 30 del corriente al 4 del próximo Octubre, bajo la dirección del Religioso Domínico Fray José Antonio García, Pbro., de la Orden de Predicadores. Este Padre llegará á Mahón el próximo lúnes y además de dar los referidos santos Ejercicios, predicará en el Triduo de la Vírgen del Pilar y en las solemnes Cuarenta Horas de S. Francisco de Asís y de Santa Teresa de Jesús en la parroquia de Nuestra Señora del Cármen de la susodicha ciudad de Mahón.

—

En breve será un hecho la instalación de una Conferencia de Señoras de San Vicente de Paul, en la parroquia del pueblo de Villa-Cárlos.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Suscripción mensual para la Basílica en Alba de Tormes á Santa Teresa, correspondiente al mes de Agosto.

	Ptas. Cénts.
Suma anterior. . .	40'20
Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo.	2'00
M. Iltre. Sr. Provisor.	0'20
» » » Arcediano	0'20
Una familia cristiana.	0'15
Un hijo de familia.	0'10
D. Pedro Villalonga, Ecónomo.	0'10
» Jaime Carretero, Pbro.	0'10
» Juan Gelabert.	0'10
» Gabriel Vila, Ecónomo.	0'10
La Redacción de «El Propagador Ciudadelano». . .	0'20
D.ª Dolores Magarola, viuda de Olives.	0'20
D. Rafael Mascaró, Pbro.	0'05
M. Iltre. Sr. Maestrescuela.	0'20
Rvdo. Sr. Ecónomo de Mercadal.	0'10
M. Iltre. Sr. Dean.	0'20
D. Mariano Juan, Pbro.	0'10
» José Planells, Pbro.	0'10
M. Iltre. Sr. D. Jaime Serra, Canónigo.	0'10
Rvdo. Sr. Párroco de S. Cristóbal.	0'10
» » Ecónomo de Fornells.	0'10
» » » del Cármen de Mahón. . . .	0'10
» » » de Santa María de Mahón. . .	0'10
» » » de San Francisco de Mahón. . .	0'10
» » » de San Juan d' els Horts . . .	0'10
La Administración de «El Congregante»	0'10
Suma. . . .	45'20

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Suscripción para el Dinero de S. Pedro

	Ptas. Cén's.
Suma anterior. . . .	1491'80
Excmo Sr. Obispo por Abril, Mayo y Junio. . . .	50'00
Muy Iltre. Sr. Arcediano por id. id. id.	9'00
» » » Maestrescuela por id. id. id.	9'00
» » » Penitenciario, por id. id. id. . . .	9'00
» » » Lectoral, por id. id. id.	9'00
» » » Serra, Canónigo por id. id. id. . . .	6'00
» » » Doctoral, por id. id. id.	9'00
Sr. D. Miguel Pons Gorrias, Pbro. por id. id. id. . .	6'00
» » Jose Sintes, Pbro. por id. id. id.	6'00
» » José Roca, Pbro. por id. id. id.	4'00
» » Lorenzo Salort, Pbro. por Enero hasta Junio inclusive.	5'00
» » José Mora, Párroco por id.	9'00
Una feligresa de San Cristóbal.	0'60
Sr. D. Miguel Mayans, Pbro. por Julio hasta Diciembre de 1906 y Enero, Febrero y Marzo inclusive. .	9'00
» » Juan Mercadal, Ecónomo por Abril, Mayo y Junio.	3'00
» » Onofre Ligüercena, Pbro. por Enero hasta Junio inclusive.	3'00
» » José Juaneda, Pbro. por id.	3'00
» » Valentin Luque por id.	3'00
Fieles de la Parroquia de San Francisco de Mahón por id.	0'50
Suma.	1644'90

Sumario.—A nuestro Excmo. Prelado con motivo del próximo 5.º aniversario de su Consagración Episcopal, pág. 135.—Circular del Ilmo. Gobernador Eclesiástico de este Obispado, S. P. sobre el mes del Rosario, pág. 136.—Decretum de sponsalibus iussu et autoritate SS. D. N. Pii Papæ X, pág. 136.—De la misma S. Congregación: Extentio decretim d. 7 Dec. 1906 circa infirmos, pág. 141.—Temas de las Conferencias teológico-morales y litúrgicas para el clero en el próximo mes de Octubre, pág. 142.—Crónica de la diócesis, pág. 143.—Suscripción mensual para la Basílica en Alba de Tormes á Santa Teresa, correspondiente al mes de Agosto, pág. 145.—Suscripción para el Dinero de San Pedro, pág. 146.

Imprenta del Sagrado Corazón de Jesús.—Ciudadela

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte